UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 55. Vtrum constitutio Concilii Lateranensis modificans conservatorias exemptionesque sit in viridi observantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

10 ſcribuntur *Emanuel Roder.d.art.6. col.2.* omnis vero diſpoſitio intelligenda eſt ſe-
11 cundum conditionem perſonarum ad quas deriguntur, *glo.l.ſi quando ff.de Iur.offic. teſt.l.plenum §.equitius ff.de uſufruct. Barth.l.ex Militari §. ſed utrum ff.de Milit.teſt.* Deinde Concil. Trid. non renovaſſe conſervatorias univerſitatum aut regularium ſimilesve ſacra congregatio Concilij Trid. interpres reſolvit, *teſte Farinaceo par.4. ad cap.5.ſeſſ.14.de reform.*

QVÆSTIO LV.

Utrum conſtitutio Concilij Lateranenſis modificans conſervatorias exemptionesque ſit in viridi obſervantia.

SUMMARIUM.

1. *Conſtitutio Lateranenſis eſt in viridi obſervantia niſi Pontifex illi deroget.*
2. *Variæ Bullæ derogant huic conſtitutioni.*

1 RESpondetur eſſe, *cap de conſtit.& Navar.conſ.1,de conſtit.* idque niſi poſteriore aliqua conſtitutione ſit revocata in totum vel pro parte *l. abrogare l. derogare ff.de verb.ſig.* aut etiam niſi ſummus Pontifex vivæ vocis oraculo eidem conſtitutioni derogaverit quod & feciſſe Leonem X. Anno 1519. in vigilia Viſi-
2 tationis B. Mariæ qui ejuſdem Concil. Lateranenſis autor fuit in favorem ordinis Minorum obſervantiæ teſtatur Emanuel Roderic. *Reg quæſt.tom.1.quæſt.8.art.9.* refertque eadem quæſtione *art.10* extare Bullam Pauli Papæ IV. anni 1549. menſis Martij die 10. ſpecifice revocatoriam dicti Concil. Lateranenſis in favorem quorundam ordinum.

QVÆSTIO LVI.

Quæ Privilegia ſint à Concilio Tridentino revocata.

SUMMARIUM.

1. *Conc. Trid. multis caſibus derogat exemptionibus.*
2. *Conc. Trid. non derogat iuriſdictioni conſervatorum univerſitatum aut collegiorum.*
3. *Privilegia quibus non eſt derogatum manent*